

AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI

OPERA
Ex vetustissimis manuscriptis Codicibus ab innumeris
erroribus repurgata
PER THEOLOGOS LOVANIENSES.
Quorum diligentiam & utilissimum laborem indicant Castigationes.

TOMVS PRIMVS.



PARISIIS.

M. DC. LI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ginti quotannis offerre solent.

*In belli
victoriam
impetrat.
Eol. Pap.
in Chron.
ann. 1450*
Paul. Ber-
gom in
Apol. c. 8

Sed & in bellis à Deo victoriam impetrat: Francis-
cus enim Gonzaga Dux Mantuanus, tum à Ge-
nuenfibus, tum à Philippo Galeato Duce Medio-
lanensium grauer oppugnatus, ad diuum Augu-
stinum oratione cum voto facta confugit. Apparuit
is Duci, vt canonici Regularibus ipse Gonzaga
postea retulit; veste indutus, nigra zona succin-
ctus toriacea, & amictus pluuias, vt vocant, victo-
riam oranti promittens: quam duabus vicibus ip-
so sancti Augustini die festo contra Ligures hostes est
Mantuanus consecutus. In cuius rei memoriam
vrbs Mantuana patronum ac defenforem sui dele-
git Augustinum, diemque eius solenni Religione
celebrat: & ipse dux Mantuanus factis interest que
tum in xde Augustini peraguntur, & munus ibidem
ex more offert. Historiam totius rei, portæ ciuitatis
incisam esse ferunt, existatque de eadem hoc Epi-
gramma:

*Pis patrie ciues, quibus hic Pater expulsi olim
Bis Ligures, letinque dedit bis habere triumphum,
Dum sua curriculo bis festis audentur eodem,
Esse boni memores, & grati aduertite dona,
Necum huic laudes, necum huic celestis honores,
Protector patrie spes & tutissima nostra
Augustine Parenti, Doctor, Lux inclita sacri
Eloquij, innumeras * Ocnæas accipe laudes.
Tendimus inde manus humiles, oculoque precan-
tes*

* Ocnæas,
id est, man-
tuanas:
fuit enim
ocni con-
ditor Man-
tuæ.
In * pol.
c. Dec. uel.

Venturo aduersis, vt quondam protege Princeps.
Refert Ambrosius Coranus, diuum Augustinum
cui dam matronæ apparentem dixisse, Da mihi fi-
lium tuum, cui cum illa renueret, præligens potius
saulari cum vitæ quàm monastica conlecrare, de-
nuò eum petiisse offerri: ac mox esse visum Augu-
stinum à matris latere filium abstrahere, & iuxta maris
altare in templo nostro, quem tulerat, & iuxta maris
in hanc eum affari sententiam: Tu apud me stabis, &
successor meus eris. Mulier visu admonita, sed & ma-
riti cohortatione impulsâ, filium suum Augustinia-
næ societati obtulit: qui cum pietate tum doctrina
plurimum omnibus antecelluit.

D. Augu-
stinus à B.
Virgine &
Nicolano
Tolent. cu-
rat, & ad
benedicti-
nem iuni
141.

Beatus Nicolaus Tolentinas aliquando laborauit
tam grauer, vt pro derelicto à Medicis haberetur:
at ipse fortiter ac patienter morbum perferens, Deo
eiusque Matræ, ac sancto patri Augustino se com-
mendauit. Quo facto, suam somno fuit correptus: &
ecce, dormienti Virgo Deipara sanctusque Pater
Augustinus sese intuentos amens vultibus obta-
lere. In hanc autem cum admiratione conuertens
oculos vir sanctus, Quænam, ait, es Domina, quæ
ad me puluerem ac vimbram, tanto circumdata
splendore venis? Respondit hæc, Saluatoris tui Ma-
ter, & Virgo, quam tu sapenuerò cum beato Au-
gustino, quem iuxta me vides, inuocasti: atque idcò
nunc adsumus, vt tibi remedium valetudinis humi-
le aliquod suggeramus, extensoque versus plateam
indice, Mitte, dixit, ad talem mulierem, & ab ea pa-
nem, recens coctum roga, quem in aquam intin-
dum sumas ad recuperandam pristinam sanitatem.
Itaque beatus Nicolaus excitatum sui corporis ad-
ministrum, quem de hac visione celauit, ad eandem
fœminam misit, vt pro Dei amore ab ea panem ro-
garet: qui cum fecisset, panem aqua conspersum
ægotanti dedit. Vir autem sanctus facto signo cruce
eum sumpsit, & ille cò conualuit. Inde Romani
Pontificis assensu panem ex more facimus, quem
cum aqua & inuocatione sancti Nicolai capientes,
& febribus præcipue, puerperis doloribus, morbis

A contagiosis, aliisque id genus malis liberantur. Te-
stes sunt huiusce rei cum aliæ ciuitates plurimæ,
tum etiam nostra Antuerpia, qua in vrbe non pauci
mortales leuamen ægritudinis, per hunc sacrum pa-
nem sunt experti.

Item vir sanctus mensibus sex, antequam hinc
migraret, Angelorum suauissimum concentum auri-
bus corporis quotidie percipiens, vitæ mortalis ter-
minum adesse intellexit: quapropter ineffabili
dulcedine animi perfusus respondit: *Cupio dissolui, &
esse cum Christo.* Dein Catholicæ Ecclesiæ Sacramen-
tis acceptis, cum magna pietate crucem amplexare-
tur, Salue, dixit, Crux pretiosa, quæ digna fuisti por-
tare mundi pretium, qui in te pendit, & latroni
misericordiam imploranti pepercit, ipse me per te
defendat ab hoste infesto in hac hora. Crucem igitur
ob oculos continenter poni iussit: cuius mysteria
cum se cum reuolueret, digressis è cubiculo sodali-
bus, vox audita fuit ridendis præ gaudio: quæ qui-
dem alterius esse videbatur, cum tamen esset ipse
exultans, quod iam per speciem esset visurus, quæ
hactenus per spem viderat. Hi ergo in cubiculum
regressi, rogare quæ tam iniustitæ lætitiæ causa
foret, quibus ipse *Dominus meus IESVS-CHRIS-
TUS, suæ beatissime Matræ, & benedicto Patri Augu-
stino inhaerens, meque ad beatitudinis immensum gaudium
inuitans, ait: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium
Domini tui.*

Denique vt hoc coronidis loco subiungam: To-
leti fuit primaria nobilitatis idemque eximie pie-
tatis eques Patricius, Gondifalvus Rodrigus, diui
Augustini singulariter studiosus, quem visus est hic
noster, simul cum beato Stephano terræ mandare,
hæc verba intensiore voce pronuntians: *En quomodo
Sancti suos honorent.*

Tot autem fuere similes apparitiones, tot benefi-
cia, tot miracula diuinitus intercessione eius facta,
vt quamuis nunc pauciora videantur, olim tamen
suspensa fuerint tam copiosa anathemata, donaria,
siue tabellæ, vt ædes tota Papiensis, & porticus cir-
cumquaque iis vestirentur: quin adeò, vt peregrini-
s cò conuenientibus remoram adferrent: quam-
obrem & Religiosi in locum alium transferre ea sunt
coacti.

Atque hæc ferè sunt, quæ scriptorum prodita
monumentis habui in medium adferre, de sancti pa-
tris nostri Augustini miranda conuersione, de quæ
rebus post eum in vita, & vita gestis. Quæ quamuis
non fortasse erunt vt satisfaciant omnibus ex animi
sententia, spero tamen operæpretium fecisse apud
pietatis studiosos, qui Vitam tanti talisque Antisti-
tis & Doctoris Ecclesiæ considerantes, amplius ad
virtutem poterunt accendi: tum etiam apud eos ope-
ram bene collocasse reor, qui aut prauis opinionio-
nibus seducti, vt quondam ipse Augustinus, aut etiam
Catholicum nomen factis non vsque ad eò proban-
tes, hic inuenient quem sequantur, & cuius virtutes
dum legent, ad imitandum se impelli sentient. Tum
denique meis sodalibus rectè consuluisse non dubi-
to, qui in hoc libro tamquam in speculo poterunt ob-
seruare, si qui moribus etiamnum velut nati adhæ-
rescent, eosque Parentis sui exemplo tollere, & quo-
ad huiusce vitæ miseria conditio permittit, ad ipsam
perfectionem, quæ Religionis summa est, ad spirare
nitentur.

A. Antul-
noz in De-
dicat. Vnz
B. Ioannis
Saguntini

Iacolum
de Vozag.
supra, &
hist. Lou-
bard.